autem iterum respondens:
ait illis. Quid ergo vultis
faciam regi iudeorum? At
illi iterum clamaverunt.
Crucifige eum. Pilatus ve
ro dicebat illis. Quid enim
mali fecit? At illi magis cla
mabant. Crucifige eum. Pi
latus autem volens populo
satisfacere: dimisit illis
barraban. et tradidit eis ihe
sum flagellis cesum ut cru
cifigeretur. Milites autem
duxerunt eum in atrium
pretorii: et convocant
totam cohortem. Et induunt
eum purpura: et imponunt
ei plectentes spineam coro
nam: et ceperunt salutare
eum. Ave rex iudeorum. Et
percutiebant caput eius ha
rundine: et conspuebant
in eum. Et ponentes genua
adorabant eum. Et post
quam illuserunt ei: exue
runt eum purpura: et in
duunt illum vestimentis
suis: et educunt illum ut
crucifigerent eum. Et an

gariaverunt pretereuntem
quempiam Simonem cyre
neum venientem de villa
patrem alexandri et rufi: ut
tolleret crucem eius. Et
perducunt eum in golgotha
locum: quod est interpre
tatum calvarie locus. Et
dabant ei bibere mirratum
vinum: et non accepit.
Et crucifigentes eum di
viserunt vestimenta eius.
mittentes sortem super his
quis quid tolleret. Erat
autem hora tercia: et cru
cifixerunt eum. Et erat
titulus cause eius inscriptus:
rex iudeorum. Et cum eo
crucifigunt duo latrones:
unum a dextris et alium
a sinistris eius. Et im
pleta est scriptura: que di
cit. Et cum iniquis repu
tatus est. Et pretereuntes
blasphemabant eum: mo
ventes capita sua et dicen
tes. Vath qui destruis tem
plum: et in tribus diebus
illud edificas. Salvum

fac temet ipsum: descendens
de cruce. Similiter et summi
sacerdotes ludentes ad alter
utrum cum scribis: dicebant:
Alios salvos fecit: se ipsum
non potest salvum facere.
Xpistus rex isrl' descendat
nunc de cruce: ut videamus
et credamus. Et qui cum eo
erant crucifixi: conuiciaba
tur ei. Et facta hora sexta: te
nebre facte sunt. sup totam
terram usque ad horam no
nam. Et hora nona: excla
mavit ihc voce magna di
cens. Heloy. heloy: lama
zabatani? Quod est interp
tatum. Deus meus: deus
meus. ut quid dereliquis
ti me? Et quidam de circum
stantibus audientes: dicebant:
Ecce helyam vocat. Currens
autem unus et implens spon
giam aceto: circumponens
que calamo. potum dabat ei
dicens. Sinite: videamus
si veniat helyas ad deponen
dum eum. Ihc autem emis
sa voce magna: expiravit.

Et velum templi scissum est
in duo: a summo usque deorsum.
Videns autem centurio qui
ex adverso stabat quia
sic clamans expirasset: ait
Vere: homo hic filius dei e
rat. Erant autem ibi mu
lieres de longe aspicientes:
inter quas erat maria mag
dalene. et maria iacobi mi
noris: et ioseph mater et
salome. Et cum esset in ga
lylea sequebantur eum: et
ministrabant ei. Et alie
multe: que simul cum eo as
cenderant ierosolimam. ✠
Et cum sero esset factum
quia erat parasceue quod est
ante sabbatum: venit io
seph ab arimathia nobilis
decurio: qui et ipse erat ex
pectans regnum dei. Et
audacter introivit ad pila
tum: et petiit corpus ihesu.
Pilatus autem mirabatur:
si iam obisset. Et accersito
centurione: interrogavit
eum si iam mortuus esset.
Et cum cognovisset a centu

rione: donauit corpus ioseph.
Joseph autem mercatus sindonem
et deponens eum in-
uoluit sindone. et posuit eum
in monumento quod erat
excisum de petra. Et aduol-
uit lapidem: ad ostium mo-
numenti. In dedicatione.

Alle- lu- ia.

V. Adora-

bo ad templum

sanctum tu- um et con-

fite-

bor no-

mini tu- o. Sequentia luce.

In illo tempore. Loquente ihesu ad
turbas: extollens uocem quedam
mulier de turba dixit illi.
Beatus uenter qui te portauit:
et ubera que suxisti. At ille
dixit. Quin ymmo: beati qui
audiunt uerbum dei: et cus-
todiunt illud. In natali. officium. d. d.

Salue sancta parens. Collecta.

Deus qui salutis eterne
beate marie uirginitate
fecunda humano generi pre-
mia prestitisti tribue quesumus: ut
ipsam pro nobis intercedere
sentiamus: per quam me-
ruimus auctorem uite
suscipere dominum nostrum ihesum
xpistum filium tuum. Ad galathas.

Fratres: Cum essemus par-
uuli: sub elementis
mundi eramus seruien-
tes. At ubi uenit pleni-
tudo temporis: misit fili-
um suum natum ex mu-
liere. factum sub lege. ut
eos qui sub lege erant re-
dimeret: ut adoptionem
filiorum reciperemus. Quoniam
autem estis filii dei: im-

misit deus spiritum filii sui in corda
nostra clamantem abba pater.
Itaque iam non est servus sed
filius. Quod si filius et heres
per deum. **Gr.** Benedicta et v.
Alleluia. **V.** Post partum. **Sec. luc.**
In illo tempore. Erat ioseph et mari
a mater ihesu: mirantes su
per his que dicebantur de illo.
Et benedixit illis symeon:
et ad mariam matrem e
ius dixit. Ecce positus est
hic in ruinam et in resur
rectionem multorum in
israel: et in signum cui con
tradicetur. Et tuam ipsius a
nimam pertransibit gladi
us ut reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. **Of.**
Felix namque es. **Secretum.**
Oblatis domine muneribus
simpliciter deprecamur
ut qui ueram uerbi tui
incarnationem fideliter
ueneramur. uerum eum
carnis ac sanguinis
per spiritum sanctum uirgi
ter editum substantiam
hoc presenti mysterio salutari

ter percipiamus. per. **Co.** Beata uiscera
Veram uerbi tui **Post co.**
V omnipotens pater suscipiens
ex integra uirgine incar
nationem presta quesumus: ut pro
nostra interuentu ... exultat
fragilitate que nobis eun
dem peperit deum et hominem
ihesum christum. Et r. **In pascali tempore of.**
Salue sancta parens. **Collecta**
Prosit nobis semper omnipotens
pater. et precipue inter hec
paschalia filii tui sollemp
nia commemorata dei genitri
cis marie memoria: que et
... uulnerata caritate
... cruce pendenti ... astitit
... triumphis regina in celo reg
nanti domino nostro. **Lectio ezechielis prophete.**
In diebus illis. Conuertit me
ad uiam porte sanctuarii exte
rioris que respiciebat ad orien
tem: et erat clausa. Et
dixit dominus ad me. Porta hec
clausa erit et non aperietur
et uir non transibit per
eam: quia dominus deus israel ingressus
est per eam: et erit clausa.
Princeps ipse sedebit in ea:

29 9 1